



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

VII. Vt clericus qui aduersus ecclesiae vtilitatem egerit, gradu deiiciatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

148 PELAGIVS MAVRICIVS IMPERATOR.
P. II. RECCAREDV REX GOTH.

quia per ipsam mortem gustare dignatus est.

ANNO
CHRISTI
589.

VII.

Secundum Concilia priscorum orthodoxorum decreuit fraternitas, vt quicumque fuerit culpabilis inuentus clericus; aut honoratus de ciuitate, & ad monasterium fuerit deputatus, sic abba qui est praefectus cum illo qui dirigitur agat, sicut ab episcopo manifesta correctione fuerit ordinatum. Alter si abba facere elegerit, pro correctione tempus aliquod suspendatur: quia ob hanc causam dirigitur, ut emendetur, non passim ferculis diuersis saturetur.

VIII.

Quicumque clericorum a maximo usque ad infra contra sanctae ecclesiæ utilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito deiiciatur, qui fidem seruare minime cognoscitur.

VIII.

Quicumque clericus, subdiaconus, diaconus, presbyter, sine conscientia episcopi aliquid de possessionibus, vel de domo ecclesiæ tulerit, aut fraudem fecerit, non solum cum omni dedecore constrictus restituat quod fecerit, sed etiam non debet ibi in ecclesia esse, ubi fraudem visus est operasse: duobus iaceat sub poenitentia annis, & cum defleuerit factum, reuertatur ad officium.

IX.

Hoc ante omnia decretum est, vt Iudeis non licet corpus defuncti deducere psallendo; sed vt eorum habuit mos & consuetudo antiqua, corpus ducant & deponant. Quod si aliter facere presumperint, inferant comiti ciuitatis vincias sex.